

clinare. Chaldaë⁹ vertit Torkia, א"ר"ט"ו,
Turcicam vulgò dictam nimirum in-
telligens.

IX.

Amethystus. Αμέθυστος. Hebraicè
Achlamah, vel Ahalamah, אכלמה. Vi-
detur autem Grammaticis Iudæorū
deriuari hoc nomen à chalom, id est,
somnia: quòd qui gestat, semper som-
nia videat. Chaldaicè vocat, En egla,
ע"ג"ל"א, id est, oculus vituli, à simi-
litudine.

X.

Chrysolithus. χρυσόλιθος. Hebraicè
Tarschisch, טרש"ש. Hanc R. David
Kimhi coloris cærulei facit. Videtur
autem à mari, vnde prouenit (inquit
Fagius) nomen suum accepisse. Qua-
re & Paraphrastes Chaldaëus trāsferit,
אמ"ס"א, Karus iama, si rectè lego. Ma-
nus eius quasi sphærulæ aureæ, ha-
bētes inclusum Tarschisch (Tharsis,
Munsterus,) Cantici 5. Sunt ex erudi-
tis Rabinis; qui Hyacinthum interpre

(D) 2